tionem. Torporem circa precepta. Uagationem mentiſ erga illicita generat. Que que in tercerta uitia quam ſit deteſtanda beatuſ paulus indicat. Seculi inquiens triſtia mortem operatur. Set obſecro deus et dn̄s meus. ob pone contra ſcli triſtitiam. future beatitudinis leticiam. Que ex meo hore contractam. malitiam. Uincat beniuolentia. Tedio procreatum. Rancorem pellat. Sinceritate. Puſilanimitatem. Fortitudine roboret. Deſperationem. Spei fiducia erigat. Torporem circa precepta. Exercitio ſpirituali. Repellat. Uagationem mentiſ erga illicita. In concuſſa ſtabilitate Refrenet. Quod ſi admonentium ſub tracta lenitia. Spirituali malum triſtitie preualuerit. Agam queſo qd̄ monet beatuſ iacobuſ. Triſtatur aliquiſ in uobiſ. Oret equo animo

et pſallat. Auaricia ſequitur Tri
ſtitiam. Que in utroque teſtam̄to
pari notatur execlacione. In uete
ri namque dicitur. Auaro nichil
eſt ſcelerius. In nouo autē. et aua
ritiam que eſt idoloꝝ ſeruitus. Ex
qua profecto ſeptem nequicie pro
creantur. Silicet. Proditio. Fraus.
Falatiam. Periurium. In quietu
do. Uiolentiam. Et contra miām
obduratio. Et ecce dn̄e dſ. Qui
libet amator mundi et non tui
Propter. Metalla precioſa. Arden
tes. fulgentesque lapides. Seruos.
Et ſeruas. Predia. Et fondos.
Ad mortem proximū tradit. Fra
udem incurrit. Fallatiam obducit
Periurium conmittit. Et alius
inquietus. et Uiolentus eſt. ꝑpt̄
uillam. Alius propter galinam.
Alius obduratitr propter miām

ne retribuat aurum. Illiuſ ne porigat
potum. Set petomi deuſ. Amor
caſtuſ et uerus. Ut cui preter te
nulla poſſeſſio debetur interra.
Nichil qd' non es concupiſcam in
terra. Semperque illiuſ ſententie
meminerim qua dicitur. Nuduſ
egreſſuſ ſum deutero matriſ mee
nuduſ reuertar illhuc. At q; illiuſ.
Nichil intulimuſ in hunc mun
dum. Set nec auferre quid poſi
muſ. Que nimirum. Dum pie
conſiderant mundi contentum. q
auaritie contrariuſ eſt. auferre
uidentur. Poſt hec. Reſtat uentris
ingruuies. Que anecessitate qdem
incipit. Set modum neceſſitatiſ ex
cedenſ ad uoluntatem pertranſit.
Dumque. Alicitiſ. ad inlicita.
peruenerit. Mox ad inheptam leti
ciam. Scurilitem. In munditiã.

Multiloquium. Senſuſque hebitu
dinem circa intelligentiam partu
rit. Cuiuſ mortiferum uiruſ tuc
ut cumque uacuatur. Cum non qua
litaſ. Set libido in heſcis precauetur.
Prima eni(m) mulier. Non eſquiſita
rum dapum. Set ſola pomi delec
delectatione. mortem mundo in
duxit. Et anticuſ hoſtis. Regem
n(ost)r(u)m non de carne. Set de pane tem
tauit. Et ſodoma. Id circo igni et ſul
fure periit. Quia inter cetera ſua ma
la. panem in ſaturitate commedit.
Quia propter. Clementiam tuam
deus. imploro. Ut ſicut eger ad
medicinam. Sic ad ſumendas dapeſ
accedam. Nequaquam ſcilicet in eis
uoluntatem apetenſ. Set neceſſitati
ſubuenienſ. Aufer a me propter
magnam mi(sericordi)am tuam omne ciborum
noxium deſiderium. Congruamq(ue)

ſeruo tuo heſcarū propicius tribue abſti
nentiam. Ut intra neceſſarium modū
proprium. temperem apetitū. Remo
taque a me omni prorſus clapula
et hebrietate. Sciam in uirtute tua
habundare. Sciam et penuriam pa
ti nouerim quoque in quibuſ michi
ſufficienſ eſſe poſſim. Ita dn̄e ita pa
ter bone. Noxiis caſtrimargie. ſucis
arefactiſ. In hepta leticia uel ſcurilitaſ
non pululabit. Que illos maxime ad
inſaniam perducit. In quibuſ clapula
et ebrietaſ dominium ſumit. Sedit
enim popl's manducare. et bibere. et
ſurexerunt ludere. Contra quoſ illa
ſententia uenit qua dicitur. Ue uob
diuitibuſ qui habetiſ conſolationē
uram. Et ue uobis qui ridetiſ nūc
quia plorabitiſ et flebitiſ. Quo con
tra illi qui carnem ſuam crucifixe
runt cum uitiis et concupiſcentiis

haudiunt. Mundus gaudebit
uoſ autē contriſtabimini ſet
triſticiā urā uertetur in gaudiū.
Et gaudium urm nemo tollet
auobiſ. Et rurſum. Beati qui
lugent qm̄ ipſi conſolabuntur.
In mundicia quoque que iuſta
apħn quibuſdam regni celeſtiſ aditū
claudit. Uigilantem nunquam dor
mientem uero. Tardiuſ ſua colum
one fedabit. Multiloquium. In
edia preſum ſilebit. Ebitudo ſen
ſuſ circa intelligentiam ſpiritaliſ
acuminiſ ingenio cedet. Quod
ſcā parſimonia in mente propa
gabit. Uenter enī abſtinentia
contractuſ humanoſ in altum
eleuat ſenſum. Luxuria caſtimar
giam ſequitur. Que dum licen
cie metaſ excedit. Mor deſe. Ce
citatem mentiſ. In conſideratio

nem. In constantiam. Precipitatio
nem. Amorem sui. Odium dei
Affectum presentis sc̄li. Ortore̅
aute̅ uel desperationem gignit futu
ri. Set peto dn̄e ut qui ab ipso
pubertatis tp̄re. a conplexu carna
lis copule alienum me ēē uolui
sti. Delectatinis eius sensu netan
gar. Quid enī pro est dn̄e deus
uirginē ēē. corpore. si contin
gat ēē mente coruptum. Qui
enī uiderit mulierem ad concu
piscendum eam iam mechatus
est eam in corde suo. Huic p̄fecto
nec dum castitatem professo iu
sta apost̄m. Melius est nubere quā
hurī. Set obsecro dn̄e ut cui iam
non licet nubere ne contingat ad
huri. Et ecce dum pro me solici
tus talia postulo. Meminisse cha
ritatis debeo ut etiam pro aliis

66

exorem. Te igitur amatorem eccl͞e tue deprecor deuſ. Pro ſacerdotibuſ eius ut uerbiſ ſimul et meritiſ uite pp̄l̄m ſibi creditum. ad celeſtem patriam inuitent. Pro regibuſ ducibus et hiſ qui in ſublimitate poſiti ſunt. ut patres orphanorum. et iudices uiduarum. ſemet ipſos exibeant. Miſeriis inhopum et gemitibuſ pauperum condoleant. Nhil niſi quod iuſtum eſt in iuditio querant. Sic que administrent preſentia ne amittant bona futura. Pro uirginibus continentibuſ hac mundo renontiantibuſ. ut preſentia deſpiciant futura requirant. Nec ſe negotiiſ ſecularibuſ implicent ut tibi militantes placeant cui ſe probauerunt Pro coniugatiſ ut ſic ſibi inuicem carniſ debitum ſoluant. Ne a deſiderio patrie celeſtiſ exorbitent. Set quid hago dn͞e quaſi hoblituſ pecca

toꝝ meoꝝ pro aliiſ. Exorare pre
ſumo. O quam in multiſ ofendi
atque ofendo. Set tamen non ſub
repit deſperatio. Cum pubricanū
In templo iuſtificatum atendo.
Com latronem in cruce confiten
tem et decruce ad paradiſum tran
ſeuntem aſpitio. Cum mariam
poſt multaſ criminū lacrimas
fonte pietatiſ ablutam. Cum pe
trum poſt negationem: apoſtolatuſ
gtām Recuperaſſe intueor. Set
rogo inhefabiliſ pietas. Ut cui
detantiſ exempliſ preſumere dona
ſti. gemituſ publicani. Confeſſio
nem latroniſ. Laclimaſ meretriciſ.
Fretuſque negantiſ apoſti conce
daſ. O dn̄e ſi flagello temporali
ſcelera mea uindicanda preuide
riſ. lacrimoſus imploro. Ut dum
contra hec iratuſ deſeuiſ. Sem per

in ita mīē recorderiſ. Quem enim
diligiſ. Coripiſ. Fragellaſ autem
omnē filium quem recipiſ. Quibuſ
nimirum uerbiſ. Et ſiuirga per
cuſoriſ minatur paternuſ tamen
pietatiſ afectuſ monſtratur. Da ergo
dn̄e in ter fragella tolerantiam. Ne
mur mutationiſ notam ut malus
ſeruuſ incurtam. Set magiſ quaſi
bonuſ filiuſ grāꝝ hactionem repen
dam. Illut etiam magnopere peto.
Ut diem obituſ. Diem extremi iu
ditii. Dampnationem eterni ſuplitii.
Beatitudinemque regni futuri. ſep
meminerī Quod nemo in deſinenter poteſt.
Niſi qui ad uitam eternam preor
dinatuſ eſt. In deſinenter dn̄e re
colenda eſt dieſ illa in qua lux
cum tenebriſ pugnat. Miā cū
cludelitate deſudat. In qua ad
uerſariuſ nr̄. Mala que fecimuſ

locuti ſumuſ uel cogitauimuſ. Uiolentiſ ·viii·
ſimuſ acuſator retexit. Iuſtitiamq;
tuam adhec punienda depoſit. Ubi
qui ſum dn̄e niſi tu qui iuſte iudicaſ
etiam miſericorditer defendas.
Recordare quia aduocatuſ meuſ
eſ. ipſe qui iudicaſ. Q. d' ſi etiam in illo
adhuc ſc̄lo aliquit in me uindicandū
reſeruaſ. Peto ne me poteſtati de
monum tradaſ. Dum ſceluſ meum
purgatoria pena detergiſ. Nunquā
dn̄e obliuioni tradenda eſt dieſ illa
de qua dicit pp̄ha. Dies inquit. ire
dies illa. Dieſ tribulationiſ et angu
ſtie. Dieſ calamitatiſ et miſerie.
Dieſ tenebrarum et caliginiſ. Dies
nebule et turbiniſ. Dieſ tube et clan
goris. In qua celiſ hac terriſ ardenti
buſ exibunt angl̄i et ſeparabunt
maloſ de medio iuſtoꝝ. Et mittent
eoſ in chaminū igniſ. In qua

Messores colecta zizania. Aligabunt
fasciculos ad conburendum. In qua a
sinistris positi, audient impii. Discedi
te a me maledicti in ignem eternū qui
preparatus est diabolo et anglis eius.
In qua iam hobseratis uite ianuis cū
extinctis lampadibus stulte uirgi
nes. A thalamo exclusę plorabunt
dn̄ationemque ingeminantes cla
mabunt. Dn̄e dn̄e aperi nobis et tunc
dices illis nescio uos. In qua et qui miracu
lis corrǫuscarunt similiter lamentabun
tur repulsi. Et dicent. Dn̄e dn̄e nonne
in nōie tuo prophetauimus. Et nomine
tuo demonia eiecimus. Et in tuo nōie
uirtutes multas fecimus. Et tunc con
fiteberis et istis quia nunquam nouisti
eos. Subiciens. Discedite a me om̄s qui o
peramini iniquitatem. Quis hec dn̄e ds̄
terribilis in consiliis. Mirabilis in ma
iestatibus. Faciensque prodigia. Quis

in quam hec non paueat et a fondo cordiſ
non tremiſcat. Cum etiam illoſ audiat
damnari quoſ in hac uita contigit mi
raculis coruſcare. At que. ni mirū.
illa ſen tentia ualet qua dicit. Neſcit
homo utrum amore an hodio dignuſ
ſit. Set omĩa reſeruantur in futurum
in certa. In quo et ſi iuſtus uix ſaluabit
peccator et impiuſ ubi parebunt. Eti
am dn̄e dš in deſinenter meditandū
eſt eterne dam nationiſ ſup plicium.
In quo. Qui quit penarum nunc exco
gitari po teſt. Qui quit etiam non
poteſt. ſemper ad eſt. Cuiuſ uermiſ in
mortaliſ. Ignis in extinguibiliſ. Fe
tor in tolerabiliſ. Cuiuſ terra tenebroſa
et mortiſ caligine co operta. Tera mi
ſerie et tenebrarum eſt. Cuiuſ toren
teſ in picem con uertuntur et humuſ in ſul fur ardebit
que in ſempiternum. Cuiuſ lacuſ
ſanguine igneque per mixtuſ eſt.

69

Et quoſ cumque ſuſcipit demer
git ſimul et exxurit. O quam
orenda. O quam ſtupenda ſunt
iſta. Set maior erit dn̄e cruciatuſ
amiſſio tue claritatiſ. Sifficit en̄i
ad plenam miſeriam tua non per
frui beatitudine. In qua iuſti re
ceptiſ corporibuſ. Scoꝝq; angloꝝ
celſitudini coequati. In ternam
lucem aſpicientes ſicut ſol reful
gelgebunt. Nec in merito ſole et
luna non indigebunt quia te ꝑ
henne lumen abebunt. Nō eſuri
ent neque ſitient. Non labora
bunt. Neque defient. Non merebūt
Neque lugebunt. Quia quiquid
ſatietatiſ. quiqd quietiſ. qqd gau
dii. eſt. tua uiſitatio preſtabit. Que
In omibuſ. Omia erit. Nec tempus
iam illiſ accedet. Quia totos eter
nitaſ poſſidebit. Nec timebunt nul

tia iam mori qui meruerunt beata in mortalite uestiri. Qui autem de hac beatitudine miser ego homo amplius dicere ualeo. Qui de illa quicquit dixero. Illa sententia repri mor quam per pphtam et apłm dictam intelligo. Quod oculus non uidit. Nec auris audiuit. Nec in cor hominis ascendit. Que prepa rauit deus. his diligunt eum. Erunt. certe. In illa beata uita hec bona que premisi. Set in [illegible]efabili et nobis. Adhuc in conprehensi bili modo. huius desiderio dne deus. Formator. Et reformator ms. huius amore peragam qui quid in hac uita precipis ut agam. Nec sit ultra timor in charitate. Set perfecta caritas foras mittat timorem. Et ut heficax hec mea sit deprecatio. Beate marie

Uirginis ſufragia peto quā tanti me
meriti ēē feciſti. Ut prima inter mu
lieres. Nouum munuſ hoferret. Et
nullam preter ipſam. tam nouum
hacͣperet. Nouum ſilicet munus pri
ma hofferret. Ut puella uirgo per
ſeueraret. Nulla .. preter ipſam tam
nouum acciperet. Ut deum uirgo
pareret. Et poſt partum uirgo ma
neret. Apoſtoloꝝ interceſſionem
imploro. Qui beatiſſimam mediato
riſ paupertatem. Eiusque paſſioēs
ueſtigio, inſequentes. Adtantum
celſitudiniſ culmen peruenerunt.
Ut quemcumque ligarent ſuper
terram eſſent ligata et in celis. Et
quemcumque ſoluerent ſup ter
ram. Eſſent ſoluta et in celo. Atq;
in exſtremis ſederent ſr̄ duodecim
tronoſ. Iudicanteſ duodecim trib;
iſrł. Martyrum preces depoſco

Qui pro ueritate non dubitauerunt
sanguinem fundere. Nec dilexerunt ani
mas suas usque ad mortem. Ut mor
tis superarent hactorem. Confes
sorum. Orationes expostulo. Qui bella
tentantis inimici dum pie uiuerent
in chatolica pace. Uel etiam heretiquo
rum conflictationem. Diuturno cer
tamine pertulerunt. Atque ut ue
rum dicam. Longioris ocultique
martyrii palmas hacceperunt. Tali
um dominus meus preces numquam sper
nas. Si ut pro me exorent. Ipse in
spiraueris. Qui eternitate perhen
ni uiuis. Et Regnas cuncta per secula.
Et in omnibus seculis. Amen.

All' aleph doctrina. uox christi de iudeis et de
passione sua. et de aduentu suo et eius regno
et iuditio futuro

BEATI IMMACULA
ti in uia. qui ambulant in

lege dn̄i. Beati qui ſcrutantur te
ſtimonia eiuſ. in toto corde exqui
runt eum. Non enī qui operant̄
iniquitatem. in uiis eiuſ ambula
uerunt. Tu mandaſti. manda
ſti. mandata tua cuſtodiri nimiſ.
Utinam dirigantur uie mee.
ad cuſtodiendas iuſtificationes
tuaſ. Tunc non confundar. cum
perſpexero in omibuſ mandatis
tuiſ. Confitebor tibi in directioē
cordiſ. in eo quod didici iudicia iu
ſtitie tue. Iuſtificationes tuaſ cu
ſtodiam. non me derelinquaſ uſ
que quaque. Beth. Domuſ uox no
IN quo corrigit uelli ppli.
adholeſcentior uiam ſuam. in
cuſtodiendo ſermones tuoſ. In
toto corde meo exquiſiui te. ne
repellaſ me amandatiſ tuiſ. In cor
de meo abſcondi eloquia tua. ut

non peccem tibi. Benedictus es
dne. doceme iustificationes tuas.
In labiis meis pronuntiaui. omnia
iudicia oris tui. In uia testimoniorum
tuorum delectatus sum. sicut in omnibus
diuitiis. In mandatis tuis exerce
bor. et considerabo uias. In iusti
ficationibus tuis meditabor non ob
liuiscar sermones tuos

Retribue Gimel Retributio. uel plenitudo
seruo tuo. uiuificame et custo
diam sermones tuos. Reuela ocu
los meos. et considerabo mirabilia
de lege tua. Incola ego sum in ter
ra. non abscondas ame mandata tua.
Concupiuit anima mea. desidera
re iustificationes tuas in omni tempore.
Increpasti superbos. maledicti qui
declinant amandatis tuis. Aufer
ame opprobrium et contemptum.
quia testimonia tua exquisiui.

72

Et enim ſederunt principes et ad
uerſum me loquebantur. ſeruus aūt
tuuſ exercebatur in iuſtificationib; tuiſ.
Nam et teſtimonia tua meditatio
mea. et conſilium meum iuſtificatio
nes tue. Gimel Retributio. uel
Adheſit pauimēto plenitudo
anima mea. uiuifica me ſcd̄m
uerbum tuum. Uias meas enunti
aui et exaudiſti me doce me iuſti
ficationeſ tuas. Uiam iuſtificatio
num tuarum inſtrue me. et exer
bor in mirabilibuſ tuiſ. Dormita
uit anima mea pretedio. confirma me
in uerbiſ tuiſ. Uiam iniquitatiſ
amoue a me. et de lege tua miſerere
mei. Uiam ueritatiſ elegi. iudicia
tua non ſum oblituſ. Adheſi teſtimo
niiſ tuiſ dn̄e. noli me confundere.
Uiam mandatorum tuoꝝ cucur
ri. cum dilataſti cor meum.

L he. ipsa uel suscipiens. Uox monachoru͞

LEgem pone michi dn͞e uiam iustificationum tuarum. et exqui ram eam semper. Da michi intellec tum et scrutabor legem tuam. et custodiam illam in toto corde meo. Deduc me in semita mandatoru͞ tuoꝝ quia ipsam uolui. Inclina cor meum in testimonia tua. et non in auaritiam. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem. in uia tua uiui fica me. Statue seruo tuo eloquium tuum. in timore tuo. Amputa op probrium meum quod suspicatus su͞. quia iudicia tua iocunda. Ecce con cupiui mandata tua. in equitate tua uiuifica me. Uau. et ipsæ sacer dotu͞

Et ueniat super me mi͞a tua dn͞e. salutare tuu͞ sc͞dm eloquium tuum. Et respondebo

93

exprobrantibuſ michi uerbum. quia
ſperaui in ſermonibuſ tuiſ. Et ne
auferaſ de ore meo uerbum uerita
tiſ uſquequaq:. quia in iuditiis tuis
ſuper ſperaui. Et cuſtodiam legē
tuam ſemper. in ſclm et in ſclm ſcli.
Et ambulabam in latitudine. qa
mandata tua exquiſiui. Et loque
bar in temoniiſ tuiſ in conſpectu
regum. et non confundebar.
Et meditabar in mandatiſ tuis.
que dilexi. Et leuaui manus
meaſ ad mandata tua que dilexi.
et exercebar in iuſtificationibuſ
tuiſ. Zai oliua ul' fornicatio. Uox
Memor eſto uerbi uiri ſci.
tui ſeruo tuo. in quo michi
ſpem dediſti. Hec me con
ſolata eſt in humilitate mea. qa
eloquium tuum uiuificauit me.
Superbi ini que agebant uſque

quaq; a lege autẽ tua non declinaui.
M emor fui iuditiorum tuorum a sc̃lo
dñe et consolatus sum. [D]
D efectio tenuit me. pro pec[cat]orum
catoribus derelinquentibus
legem tuam. C antabiles michi
erant iustificationes tue. in loco
peregrinationis mee. M emor
fui in nocte nõis tui dñe. et custo
diui legem tuam. H ec facta est.
michi. quia iustificationes tuas
exquisiui. Eth uita uox doctorum
P ORtio mea dñe. dixi
custodire legem tuã. D e
precatus sum faciem tuam
in toto corde meo. mĩs mei sc̃dm
eloquium tuum. C ogitaui uias
meas. et conuerti pedes meos in
testimonia tua. P aratus sum
et non sum turbatus. ut custodi
am mandata tua. F unes pec

74

catorum circumplexi sunt me. et legē
tuam non sum oblitus. M edia noc
te surgebam ad confiten
dum tibi. super iudicia iusti
ficationis. P articeps ego sum
omnium timentium te. et custo
dientium mandata tua. M isericordia
tua dn̄e plena est terra. iustifica
tiones tuas doce me. ƺ et. bonū
B onitatem fecisti Uox scōrum
conseruo tuo dn̄e. secdm uer
bum tuum. B onitatem et
disciplinam et scientiam doce me.
quia mandatis tuis credidi. P rius
quam humiliarer ego deliqui. pro
pterea eloquium tuū custodiui.
B onus es tu. et in bonitate tua doce
me iustificationes tuas. M ultipli
cata est super me iniquitas superborum
ego autem in toto corde scrutabor
mandata tua. C oagulatum est

ſicut lac cor eorum. ego uero legem
tuam meditatus ſum. Bonum
michi quia humiliasti me. ut di
ſcam iustificationes tuas. Bonum
michi lex oris tui. ſuper milia au
ri et argenti. Ioth Scientia principium
Manus tue fecerunt uox propositorum c̄ f̄e
me et plasmauerunt me. da ſorum
michi intellectum ut diſcam man
data tua. Qui timent te uidebunt
me et letabuntur quia in uerbo tuo
ſuper ſperaui. Cognoui dne quia
equitas iudicia tua. et in ueritate
tua humilisti me. Fiat mia tua
ut conſoletur me. ſecdm eloquium
tuum ſeruo tuo. Veniant michi
miſerationes tue et uiuam. quia
lex tua meditatio mea est. Con
fundantur ſuperbi quia iniuste
iniquitatem fecerunt in me. ego
autem exercebor in mandatis tuis.

75.

Conuertantur michi timentes te. et qui nouerunt teſtimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibuſ tuiſ. ut ñ confundar. Caph manuſ.

Defecit in ſalutare tuum anima mea. et in uerbum tuum ſuper ſperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ. dicentes quando conſolaberiſ me. Quia factuſ ſum ſicut uter in pruina. iuſtificationeſ tuaſ non ſum oblituſ. Quot ſunt dieſ ſerui tui quando facies de perſequentibus me iudicium. Narrauerunt michi iniqui fabulationes ſet nõ ut lex tua. Omnia mandata tua ueritaſ. iniqui perſecuti ſunt me adiuua me. Paulominuſ cõſummauerunt me in terra. ego autẽ non dereliqui mandata tua.

16

Scdm̄ miam̄ tuam uiuifica me. .x.
et cuſtodiam teſtimonia oriſ tui.
IN eternum dn̄e. lameth. Diſciplina
uerbum tuum permanet
in celo. In gn̄atione et gn̄atione
ueritaſ tua. fundaſti terram et ꝑ
manet. ORdinatione tua perſeue
rat dies. qm̄ om̄ia ſeruiunt tibi.
Niſi quod lex tua meditatio mea
eſt. tunc forte periſſem in humili
tate mea. INeternum non obli
uiſcar iuſtificationes tuaſ. quia
in ipſis uiuificaſti me. Tuuſ ſum
ego saluū me fac. qm̄ iuſtificationes
tuaſ exquiſiui. Me expectauerunt
peccatoreſ ut perderent me teſti
monia tua intellexi. Omniſ con
ſummationiſ uidi finem. latum
mandatum tuū nimiſ. mē exq̄ut
QUomodo dilexi ex ipſis
legem tuam dn̄e. tota die

meditatio mea est. Super inimicos
meos prudentem me fecisti manda
to tuo. quia in eternum michi est.
Super omnes docentes me intel
meditatio lexi. quia testimonia tua mea est.
Sup senes intellexi. quia manda
ta tua quesiui. Ab omi uia mala pro
hibui pedes meos. ut custodiam uer
ba tua. A iudiciis tuis non declina
ui. quia tu legem posuisti michi.
Quam dulcia faucibus meis eloqa
tua. super mel ori meo. A manda
tis tuis intellexi. propta odiui omne
uiam iniquitatis. Nun sempitnu
L Ucerna pedibus Siue piscis
meis uerbum tuum. et lumen semi
tis meis. Iuraui et statui. custodire
iudicia iustitie tue. Umiliatus
sum usq; quaque. dne uiuifica me
scdm uerbum tuum. Uoluntaria
oris mei beneplacita fac dne et iudi

cia tua doce me. Anima mea in ma
nibuſ meis ſemper. et legem tuam
non ſum oblituſ. Poſuerunt pecca
tores laqueum michi. et de manda
tiſ tuiſ non erraui. Hereditate
adquiſiui teſtimonia tua in et̃num.
qui exultatio cordis mei ſunt. Incli
naui cor meum ad faciendaſ iuſti
ficationes tuaſ in eternum. propt̃
retributionem. Simech adiutoriū
INiquoſ odio habui. et legē
tuam dilexi. Adiutor et ſu
ſceptor et meus eſ tu. in uerbum
tuum ſuper ſperaui. Declinate a me
maligni. et ſcrutabor mandata dei
mei. Suſcipe me ſecd̃m eloquium
tuum et uiuam. et non confundaſ
me ab expectatione mea. Adiuua
me et ſaluuſ ero. et meditabor in
iuſtificationibuſ tuiſ ſemꝑ. Spre
uiſti omnes diſcedentes a iuſtitiis

77

tuiſ quia iniuſta cogitatio eorum.
P reuaricanteſ reputaui omnes
peccatores terre. ideo dilexi teſti
monia tua. C onfige timore tuo
carnes meas. a iudiciiſ eñi tuiſ
timui. Ain fonſ ſiue oculuſ
F eci iudicium et iuſtitiam.
non tradaſ me calunniantı
buſ me. S uſcipe ſeruum tuum
inbonum. nō calumnientur me
ſuperbi. O culi mei deferunt
in ſalutare tuum. et in eloquium
iuſtitie tue. F ac cum ſeruo tuo
ſcdm̄ tuam. et iuſtificationes
tuaſ doce me. S eruuſ tuuſ ſū
ego. da michi intellectum ut
ſciam teſtimonia tua. T empuſ
faciendi dn̄e. diſſipauerunt le
gem tuam. I deo dilexi manda
ta tua. ſuper aurum et topazi
on. P ropterea ad omīa man

data tua dirigebar omnem uiam ini
quam odio habui. pheo aB. ore. N

MI Rabilia teſtimonia ab oſſe
tua. ideo ſcrutata eſt ea aīa
mea. D eclaracio ſermonū
tuoꝝ illuminat. et intellectum
dat paruulis. O s meum aperui
et attraxi ſpm̄. quia mandata tua
deſiderabam. A ſpice in me et miſ
mei. ſcdm̄ iudicium diligentium
nomen tuum. G reſſus meos diri
ge ſcdm̄ eloquium tuum et non
dominetur mei omīs iniuſtitia.
R edīme me a calumniiſ hominū.
ut cuſtodiam mandata tua. F aci
em tuam illumina ſuper ſeruum
tuum. et doce me iuſtificationeſ
tuaſ. E xitus aquarum deduxe
runt oculi mei. quia non cuſtodi
erunt legem tuam

Iustus es dn̄e. Sade iustitia
et rectum iudicium tuum. Man
dasti iustitiam testimonia tua.
et ueritatem tuam nimiſ. Tabe
ſcerere me fecit zelus meus. qa
obliti ſunt uerba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum uehem̄ter.
et ſeruus tuuſ dilexit illut. Adho
leſcentuluſ ſum ego et contemptus.
iuſtificationes tuas non ſum oblituſ
Iuſtitia tua iuſtitia in eternum.
et lex tua ueritaſ. Tribulatio et
anguſtia inuenerunt me. manda
ta tua meditatio mea. Equitas
teſtimonia tua in eternum. intel
lectum da michi et uiuam. Coph
CLamaui in toto Uocatio
corde exaudi me dn̄e. iuſtifica
tiones tuaſ requiram. Clamaui
ad te ſaluum me fac. ut cuſtodiā
mandata tua. Preueni in matu

ritate et clamaui. in uerba tua sup
speraui. Preuenerunt oculi mei
ad te diluculo ut meditarer eloqa
tua. Uocem meam audi secdm miam
tuam dne et secdm iuditium tuum
uiuificame. Appropinquauerunt
persequentes me iniquitati a lege
autē tua longe facti sunt. Prope
es tu dne. et oms uie tue ueritas.
Initio cognoui de testimoniis tuis.
quia in eternum fundasti ea. Res
VIDE caput supplicatio
humilitatem meā pauperis
et eripe me. quia legē tuā
non sum oblitus. Iudica iuditiū
meum et redime me. propter elo
um tuum uiuificame. Longe a pec
catoribus salus. quia iustificationes
tuas non exquisierunt. Mīe tue
multe dne. secdm iuditium tuum
uiuificame. Multi qui persecunt

79

me et tribulant me. a teſtimoniiſ tuiſ
non declinaui. Uidi preuaricanteſ
et tabeſcebam. quia eloquia tua
non cuſtodierunt. Vide qm̄ man
data tua dilexi dn̄e in miā tua ui
uifica me. Principium uerborū
tuoꝝ ueritaſ. in eternum omīa iu
dicia iuſtie tue. SIN Dentes

PRincipeſ perſecuti ſunt me
gratiſ et a uerbiſ tuiſ formi
dauit cor meū. Letabor
ego ſuper eloquia tua. ſicut qui
inuenit ſpolia multa. Iniquita
tem odio habui et abhominatus
ſum. legem autem tuam dilexi.
Septieſ in die laudem dixi tibi. ſup
iudicia iuſtitie tue. Pax multa
diligentibuſ legem tuam. et non
eſt illiſ ſcandalum. Expectabam
ſalutare tuum dn̄e. et mandata
tua dilexi. Cuſtodiuit anima mea

teſtimonia tua et dilexit ea uehe
menter. Seruaui mandata tua et
teſtimonia tua. quia om̄s uie mee
inconſpectu tuo Thau. Signū uel
Appropinquet conſumatio
deprecatio mea in conſpectu
tuo dn̄e. iuxta eloquium
tuum da michi intellectum. IN
tret poſtulatio mea in conſpec tuo
ſcd̄m eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnū.
cum docueris me iuſtificationes tuas.
Pronuntiabit lingua mea eloqū
tuum quia om̄ia mandata tua eq
tas. Fiat manus tua ut ſaluet me.
qm̄ mandata tua elegi. Concupiui
ſalutare tuum dn̄e. et lex tua me
ditatio mea eſt. Concupiui ſaluta
re tuum dn̄e. et lex tua medita
tio mea eſt. Viuet anima mea
et laudabit te. et iuditia tua ad

iuuabunt me. Erraui sicut ouis
que periit. querere seruum tuum
quia mandata tua non ſum oblitus.

p̄t pſalteriū. Iste orōs ſūt dicende.

p̄ma. OR Effice nos dn̄e tanquam
fructuosſiſimum lignum
ante conſpectum gl̄e tue. ut tuis
imbribuſ inrigati mereamur tibi
ſuauium fructuum ubertate
placere. p̄. .ii. ✠

dn̄e ꝯ mltip Effunde dn̄e benedictionem
tuam super pp̄lm tuum ut
tua reſurrectione muniti, non ti
meamuſ aduerſantium uicioꝝ
milibus circumdari. Q̄ ui .iii.

Beati ima culati Deus qui beatitudiniſ palmam
in maculatis et legem tuam
ſcrutantibus tribuis. fac noſ iuſti
ficationes tuaſ in directione cor
dis exquirere. p̄.

✝ ·IIII.

IRumpe dñe nostrorum uincula pec
Dcatorum ut iugo tue seruitutis in
nexi ualeamus tibi cum timore et re
uerentia famulari. p. ·V
Exaudi nos dñe et in tribulationibus
nr̄is miserere nobis. et qui solus
magnificaris in poplis. spiritalem le
ticiam concede. et in spe futurorum
munerum constitue. p. ·VI.
PIE dñe qui attriti cordis gemitū prius
quam proferatur intellegis.
effice nos q̄s templum paracliti. ut
mereamur scuto celestis beniuolentie
coronari. p. ·VII.
Exauditor omnium deus. exaudi
nr̄orum fletuum suplicem uocem. uo
cem. et tribue infirmitatibus nostris
perpetuam sospitatem. ut dum digna
nter gemitum nostri laboris. susci
pis tua nos semper mīa consoleris. p
·VIII.

Quare fremuerunt

18

.viii.

SCrutator cordium deus libera nos a persequentibus nos. et da nobis in tui expectatione iuditii firmam custodiam mentis. ut non retribuamus inimicis mala pro malis. p.

ADmirabile nomen. .viiii.

A tuum omps dne supplices exoramus. ut qui omnem creaturam mundi ad usus hominis subiecisti. nos ad tue seruitutis officium. dignos digneris efficere. p. .x.

CONfessioni nre piam aurem tuam deus clemens aperi. Qui sperantes in te nunquam consuesti relinquere. ut exaltati de portis mortis. perpetue possimus salui tēptatoris occultas insidias effugere. p.

DIRige oculos .xi.

pietatis tue super humilem paupertatis nre personam omps dne. Et circūda nos fidei armis. ut ab ini

quitatum ſagittis eruti. ualeamus
eqtatē. et iuſticiam cuſtodire. p.
MIſerere fragilitatiſ. xii
nr̄e ſanctiſſime pater.
et concede nobiſ eloquia tua pudi
co corde continere. ut poſſimuſ
amultiloquia doloſitate in ſanienti
um declinare. p. xiii
NEauertaſ faciem tuam anobiſ
omp̄s deuſ. ne inimici nr̄i
exaltentur aduerſum noſ. Set ita
cor nr̄m ſalutariſ tui exultatione
pfun de. ut faciaſ ſom num ſede
mortiſ euadere. p. xiiii
DIGnare dn̄e decelo ſc̄o tuo re
ſpicere ſuper filios hominū. et
danobiſ agnoſcere uiam paciſ. ut
auerſa uicioꝝ captiuitate depulſa.
celeſtiſ hyerlm̄ habitaculū pfruam̄. p.
CONcede nobiſ. xv
piiſſime deuſ. ſine macula in

gredi ecclam tuam. Et auerte nos ado
lis proximi uel usuris. ut dum hec scdm
tuum obseruamus preceptum. Non
commoueamur ab emuli suppliciis
in eternum. p. xvi.

CON serua dne sperantes inte. Et
effice uoluntates tuas nobiscum. ut
clarificati leticia resurrectionis tue.
Mereamur adextris tuis cum scis
omib; delectari. Qui. xvii.

CON uerte dne oculos cordis nri
ad cernendam tui iudicii ueritate.
Ut dum hic igne spirituali probamus.
De tuis in eternum conspectib;. cu fruc
tu iustitie satiem. p. xviii.

FIRmamentum spei. et refugiu
presure piissime deus. salua nos
ab inimicis et alaqueis mortis. Ut
assupti demultitudine circumstan
tium tribulationum. deuotissime
sco noi tuo. cum innocentie puritate

psallamus. p. XVIIII

PIISSime ds qui uirginalis thalami egressu procedens. liberatis nobis ad patris dexteram conscendisti. in mensam miam tuam exposcimus. Ut lege tua conuersi. preceptis illuminati. Testimoniis eruditi. Mereamur ab alienis et ab ocultis uiciis emundari. Q. XX

IMple dne peticiones nostras. et tam quam pinguissimum holocaustum assume. Ut inimicoꝝ curribus obligatis. Salutaris tui opitulatione letemur. p. XXI

BEnedic nos dne benedictione dulcedinis. Et comple tibi placitum desiderium nrm. Ut dum iugiter uirtutes tuas suaui modulatioē concinimus. longitudinem uite perpetue consequamr. p. XXII

CApud mie deus qui propter nos

83

deſcendenſ in uterum uirginiſ, ad dic
tuſ ligno. per foſſus clauo. ueſtimen
tis in ſuper ſorte diuiſis ſurrexiſti
liber ab inferis. precamur. Ut huiuſ
comercii non inmemor. Siſ popl̄i
tui ab ore leoniſ ereptor. qui fuiſti
quondam patribuſ in te ſperantib;
liberator. Or. .xxiiii

Regenos dn̄e ſuauibus precepti
onis habeniſ. Ut eterni taber
naculi habitatione percepta. ple
nitudine per hennis poculi
repleamur. p. xx iiii

STAbilitor terre deuſ. Cui cunc
ta mundi plenitudo deſeruit
Reſtitue nos in innocentiam uite.
Ut poſſimuſ te preuio montē ſanc
tificationiſ conſcendere. p.

LIberanoſ ab omnibus. xxv
anguſtiis nr̄is mitiſſime deus
Quia adte animas nr̄as erigimuſ.

obliuiſcere qs delicta iuuentutis nrē et ignorantie prioris. Et ſi qd neglegenter deliquimus clemter ignoſce. p. .XXVI.

LARgire dn̄e miām tuam famulis ſupplicibus. Et fac noſ in tua ueritate deuotos. Ut actibus in innocentiam reſtitutiſ. liberari mereamī ab impiis. p. .XX VII. dn̄s illuminato

DEfenſare noſ a caſtris et a periculis inimici adiutor omniū deus. Ut in domo tua perpetuitate durantes. mereamur uultum tuum ſpiritali contemplatione ſuſcipere. p.

FORtitudo omnium .XX VIII.
fortiſſime deuſ ſalua ppl̄m tuū a deſcendentibuſ in lacum. Et ita noſ in templo ſcō tuo unanimiter in nectū. Ut pacem quam proximiſ ore pferimuſ. corde teneamuſ. p. .XX VIIII.

DONA dne uirtutem poplō tuo. et

Et effice nos templum sp̄s sc̄i. Ut tibi
decorde puro holocaustum acceptabile
preparemus. p. XXX
SUsceptor omnium clementissime
ds̄. Nepermittas delectari inimi
cos nr̄os sup nos. Set ita nos in tua uir
tute corrobora. ut conuersum planc
tum nr̄m in gaudium. sanitatis tue
memoriam iugiter recolamus. per.
IN mensam. XXXI
multitudinem dulcedinis tue piissi
me dn̄e. suppliciter exoramus. Ut du
ueritatem tuam requirimus. Tumo
rem execrabilis superbie conteramus. p.
SCe dn̄e. XXXII.
S qui remissis delictis. beatitudinē
te confessis attribuis. exaudi uota pre
sentis familie. Et confracto peccati
aculeo. spiritali nos exultatione per
PAsce. XXXIII. (Funde p.
dn̄e plebem tuam in fame uer

bi. et eripe animas nr̄as demorte pec
cati. Ut repleti mīa tua aggregari
iuſtoꝝ gaudiis impercientete mere
amur. p. xxx. iiii.

ANgloꝝ et totius creature diſpo
ſitor deus. Emitte anglm̄ tuum
in circuitu nr̄o. Cuiuſ ambitione mu
niti. mereamur apeccatoꝝ morte peſ
ſima liberari. p. c. xxx. l iiii.

PRotectio ſalusque anime noſtre.
Operi noſ galea ſpei. et ſcuto inex
pugnabiliſ munimenti. Ut a te in ca
uſis nr̄e neceſſitatiſ adiuti. mereamur
cum te diligentibuſ leticia et exul
tatione ꝑfundi. p. xxx. vi.

CLarifica nos celeſti mīa fonſ et
origo luminiſ ſempiterni. Ut
ubertate domuſ tue repleti. Omnem ini
quitatem et dolum cū procacitate fero
ciſ ſuperbie renuamuſ. p.
xxx. vii

Beatitudo omnium non incerta iu
ſtoꝝ deus. Qui ſc̄os tuos non dere
linquiſ in fame. Nec in ſtadio tribula
tionum ſuperari permittiſ. Precamur
ut ea nos dextera munias. quam illiſ
metentibus nec corruant. Velocit̄ por
rigis preparatam. p. xxx viii
Emitte dn̄e ſalutare tuum
in firmitatibuſ nr̄is. Uulnerum
cicatricibuſ mortalium potentiſſime
deuſ mediator. Ut omnem gemitum
doloremque nr̄m coramte deploran
tes. Ualeamuſ euincere inſultationeſ
aduerſantium uitioꝝ. p. xxx
Cuſtodi dn̄e uiam . viiii
noſtram ne delinquamus in lin
ga. Ut in meditationibuſ nr̄is ſpiri
tali igniculo ardeſcente ea theſauri
zemuſ in ſc̄o que te tribuente capi
amuſ exordia. p. xxxx

Expectatio tuoꝝ unica famuloꝝ
deus. Quem uenturum in mun
do caput libri principalis edocuit.
Insere precamur legem tuam in
medio cordis nr̄i. Ut tuas iustici
as nontiantes, ab inminentibus
periculis eruamur. Qui. xxxxi
Nostroꝝ peccaminum.
mitis indultor deus. Qui dig
nanter insinuas effugere diem
malum si mīa sub sequatur egnū.
Fer opem qs̄ doloribus nr̄is. ut dū
carnalia delicta clementer arguis.
Medicinam anime placabiliter lar
giaris. per. xxxxii
Vultus nr̄i mirificum salutare.
Quem anime fidelium arden
ter sitiunt. seruulorum tribue. Ut
dum te uisibili lacrimarum imbre
pasti requirimus. Inuisibiliter te
intra pectoris nr̄i tabernaculum

collocemuſ. p. XXXX.IIII

TE fontem luminiſ per petui omps deus. in uocamus et qs. Ut emiſſa ueritate tua cordibuſ nris. No ue noſ lucis claritate pfundaſ. per

EXURge dne XXXX.IIII in auxilium nrm. Et erue noſ ab opprobriis uiciorum. Et qui coram patrib; nriſ inimicarum gentium regna ui cisti. A perſequentibuſ inimiciſ. Uultuſ tui illuminatione nos eripe. p.

XPe dne uerbu XXXX.V. patriſ p quem cuncta creata ſunt et crean tur. cuſtodi qs ecclam tuam uarietate gentium congregatam. Ut dum te ex ipſa credulitatiſ iuſtitia corde puro diligimuſ. principatum eterni ſcli cu patribuſ mereamur. Qui XXXX.VI

PERſpi cuum iminenti tribulatione refugium miſericors deuſ. Sanctifica impetu eterni flumi

nis habitaculum cordis nri. Ut te deo
uirtutum nobiscum cooperante. terre
na prelia confutemus. p. XXXX.VII

REX omnium scorum deus
Cuius regnum super omnes gen
tes dilatatur. Subice qs gentes uiciorum
sub pedibus nris. Ut dum tibi sapienter
deo nro psallimus. Tuo eas auxilio su
peremus. p. XXXX.VIII

Laudabilis atque terribilis deus
Qui in celesti hyerlm princeps ma
gnificus inueniris. dilata mentem
nram spiritali intelegentia. Ut mia
tua in nri pectoris templo suscepta.
digni narrationem tui nois habeam. p.

REple dne os. XXXX.VIIII
nrm sapientia tua. Ut memoremus
te hominem factum. Nosque redemi
se de tartaro. Mereamur uultus tui
lumine decorari. Qui XXX.XX.

87

TEQ; dn̄e te rogamuſ. ut nos
ſuſcipias in ſacrificium laudiſ.
Quo ſine onere peccati tuas iuſtici
as enarrantes. Iter illut quod ſalu
tare tuum oſtendit gradiamur. p ēn

PRO Alie . L i.

P miſerationiſ in effabile nomen
trinitatiſ deuſ. Qui humani pectoīſ
antrum emundans uiciis ſuper
candorem efficiſ niuiſ. In noua q̄s
in uiſceribus nr̄is ſp̄m ſcm̄ tuum.
Quo laudem tuam annontiare poſſi
muſ. Ut recto principalique ſp̄u con
firmati. mereamur eterniſ ſedibus
hierl̄m celeſtiſ conponi. p te

TOtius humane (mundane) . L ii.
fragilitatiſ (uanitatis) deſtructō omp̄s dſ. Fac
nos in domo tua ſicut oliuam Flore
re fructiferam. Ut in tua mīa ſpe
rantes. ab iniquitatis maledicto ſal
uemur. p. L iii.

Reſpice dn̄e de celo ſcō tuo deus
piiſſime. pone terminum inſi
pientie nr̄e. Ut a terroribus uaniſ
eruti. Tibi ſoli de puritate cordiſ in
tegra placeamuſ. p. L. iiii
Saluifica dn̄e eccl̄m tuam
in tui nōis protectione confiden
tem. Ut deſpectis inimicis. uolunta
ria te confeſſione magnificet. p.
Ihu dn̄e qui. L. V.
ante ſcl̄a manens. Conditionem
que humanam ſuſcipienſ. Ab unanimo
diſcipulo proditus. Mortem ſubiſti
ꝓperditiſ. Exaudi orationem ſuppli
cum. Et preſta. Ut te ueſpere. Et ma
ne. Et meridie laudantes. Mereamur
ab huius ſcl̄i tēpeſtatibus defenſari. Q
Belloꝝ inuiſibiliū. L. VI.
optime propugnator deuſ.
Qui in te fidentes ab inimiciſ ob
rui non permittiſ. Exterge p̄ccatū

88

ab oculis nr̄is peccati lacrimas. Ut
dum carnalia bella con primimus.
Placere tibi in lumine uiuentium
mereamur. p. .lxvii.
TRans fer dn̄e iniquitatem famie
humilis sub tuarum alarū um
bra sperantis. Ut emissa de celo m̄ia tua.
a nequissimis insidiarum foueis eruam̄. p.
IUstissime .lxviii.
dn̄e. concede pp̄lo tuo sequi iustiti
am. Diligere recta. ne a ueritate tua
auditum auertens. auertens. a uene
fici serpentis morsibus saucietur. p
Omps dn̄e. .lxviiii
cuius uirtutem atque m̄iam
matutino laudamus in tempore.
Fortitudinem nr̄am oramus et qs
custodias. Ut ab om̄i obscuritate tene
brarum eruti. matutino lumine decorem̄. p.
CLementissime. .lx...
dn̄e. Salua supplicem poplm̄

auxilio dextere tue. Et dum ad fruc
tum boni operis in tribulationibus
exercitat̃. Tua semp gr̃a consolet̃. p.
ANxietatum . lxi . .
A noſtrarum miſericordisſime con
ſolator ds̃. protege familiam tuam
a facie inimici. Ut a te turre fortitu
dinis premunita. In habitare taber
naculo. mereamr̃ eterno. p. . Lx ii
SVbde tibi dñe animas
nr̃as. qm̃ tu es paciencia uera.
Ut renuentes incerta diuitiarum.
Te ſolum contemta. omi mundana ua
nitate ſequamur. p . Lx iii.
AD te diluculo uigilantibus
A lumen largire perpetuum
auctor lucis eterne deus. Ut te la
bia nr̃a laudet̃. te uita benedicat. te
meditatio matutina glorificet. p.
TVtela omiũ . Lx iiii.
credentium deus cuſtodi ecl̃am

89

tuam a conuentu malignantium. Qui eam occultiſ iaculiſ im pugnare nituntur. Ut te ſalubri recto que retinens in tellectu. Iuſtorũ meritiſ ꝑpetualiť cõletet. Ꝑ.

Spes omniũ lx v.

finium terre deus. Exaudi orationem ſupplicem familie tue. Ut dum te plauſum con ſono. hymno modulante perſultat. In fuſione paraclıti decorata. Multiplici fructu pingueſcat. Ꝑ. lx vı.

INſinua dn̄e menti nr̄e gl̄am laudis tue. Ut dum huiuſ ſc̄i in cendia uitamuſ. In eterna refrigeria te preſule tranſ feramur. Ꝑ. lx vii.

ILlumina dn̄e uultum tuum ſuꝑ noſ. Et miam nobis uberẽ benedictionẽque largire. Ꝑ.

Dominator dn̄e. lx viii.

Qui iuſtiſ ſpiritale epulum tri

buens facis eos in leticia delectari.
Concede gregi tuo mortem tuam in
tellegere. teque triumphatorem mor
tiſ ſedentem ad patriſ dexteram con
fiteri. Q̄ui. lx. viiii

BEnignissime dn̄e exaudi nos
in ueritate ſalutis tue. Ut eruti
abſqualore pec cati. Mereamur in
libro uite. digito celeſti conſcribi. ꝑ.

INexhauſti. lxx.
adiutorii deus eterne. ad adiu
uandum familie ſupplici. feſtinus
oc curre. Ut euictiſ maculatorꝝ obꝓ
briis. tuiſ ſemꝑ auxiliis muniam̄. ꝑ.

EXcelſi ſolii. lxxi.
Regnator in menſe. qui ſperantes
in te dampnari eterna confuſione
non pateris. Reple q̄s labia nr̄a lau
de tua. Et in his noſ ſemper medi
tationibus bonoꝝ inſinuator
exerce. ꝑ. lxxii.

NOmen tuum omnipotens deus ante cuncta sc̄la benedictum inuocantes oramus. Ut humiliato calumniatore. Pacem populo iusticiamque largiri digneris. p. . lxx iii.

FAc nos dn̄e tibi iugiter adherere Et inte totam uirtutem spei nr̄e defigere. Ut mereamur laudes tuas in portis eternalibus nontiare. p.

CReator omniū . lxx iiii. elementorum dn̄e ante sc̄la rex eterne. Memento gregis tui quem effusione cruoris proprii redemisti. Atque omnium te querentium uoces propiciatus exaudi. Qui

PAstor bone qui . lxx v. propter mortalium ouium redemptionem hausisti calicem pas passionis. Nomen tuum supplices inuocamus. Ut nos sup columnas sapientie stabilitos. Septiformis

ſp̄s ſcīficatione confirmes. Q.
COgitationibus. lxx vi.
te confitentibus effectum
largire terribilis deuſ. Ut amontib;
eternis inluminati. dum reſur
rectionis tue glām conſpicimus.
Futuri iudicii ignominia caream̄. qui
MIrabilium. lxx vii
omnium operator inmenſe dſ
qui quondam aquas in conſpectu tuo
ſiſtentes inuina mutaſti. Te humilit
imploramus. Ut ſuſcepta uoce clamo
riſ nr̄i. Mīam nobis quam numquā ob
liuiſceris largiaris. q. lxx viii
REfice noſ manne ſpiritaliſ alim̄to
Ropulentiſſime largitor om̄ps dſ.
Ut inſenſum manuum tuarum direc
ti. Mereamur in montem tua adqſi
tum dextera gloriari. p. lxx viiii.
ANticipet nos mīa tua priuſ
Aquam zeluſ ire tue deſeuiat.

Ut adiuti patrociniis beatoꝝ mar
tyrum quorum propter te ſanguiſ
efuſus eſt. Propitiationem tuam
cū peccatoꝝ uenia conſequam̄. p.

VIſita dn̄e uineam. lxxx.
tuam quam de egipti tribula
tionibuſ potenti dextera liberaſti.
Ut reſpectu uultuſ tui uiuifica
ta bonoꝝ inte fructuum ubertate
letetur. per. lxxxi.

DIlata dn̄e ſupplicum ora. ad
ad nontiandum glām tuam.
Ut egyptiis operibuſ retrorſū
retrorſum relictiſ. Nominiſ tui cō
feſſione letemur. p. lxxxii.

DAnobiſ dn̄e ſcdm̄ pre
ceptū tuum ab iniquitatiſ iudicio
declinare. Pauperūque neceſſitati
buſ ſubuenire. Ut mereamur fili
oꝝ tuoꝝ numero copulari. p.
lxxxiii.

·lxxxiiii· ·xii·

DIscute a nobis dñe omnem sup
stiutatis errorem. Ut relictis
gentibus uiciorum. Te solum qui sup
omnem terram altissimus inhabi
tas metuamus. p. lxxxv.

TAbernaculorum celestium fun
dator eterne deus. Dispone qs
ascensus in cordibus nris quibus
ad tua tabernacula mereamur si
ne lapsu peccati conscendere. p.

DImisit te dñe. lxxxvi.
Diniquitatem plebis tue. Et
ostende nobis miam tuam que nos
in uiam pacis. Iusticia preceden
te perducat. p. lxxxvii

LEtifica dñe uultum familie
tue. Et erue animas nras ex
inferno inferiori. Ut tui uultus
contemplatione protecti. Deside
ria carnis spiritali dominatione
calcemus. p. lxxxviii.

FUndamentum fidei nr̄e deus.
Qui in mentibus scīs. tamquam
in excelsis montibus eternitatis
portas. Justicia muniente con po
nis. Concede nobis in te gl̄ose cre
dere. Teque ad redemtionem. no
stram hominem factum predica
biliter confiteri. q. .lxxxx.

REdemptor omnium
in effabilisque salutis nr̄e dš.
Qui pro nobis inferna penetrans
factus es inter mortuos liber. Exa
udi matutinam familie tue prec̄e.
Et erue nos ab inimici insidian
tis pessima seruitute. q. .lxxxxi.

ERue dn̄e animas nr̄as
de manu inferi. Qui pro nobis
inferna fortiter confregisti. Ut
tuas mr̄as decantantes. Et a confu
sione criminum. Et a morte perpetu
a. liberemur. q. .lxxxxii.

Luciflui ſideris ſator omp̄s deus. Qui nouam mundo lucē fugata nocte reſtituiſ. Sacia noſ q̄s remitten te mīa tua. Ut om̄s peccatoꝝ obſcu ritates. Te inluminante pellamus. p̄

Presta nobis. lxxxxiii.
dn̄e p̄ inuocationem nominiſ tui aspidem et baſiliscum et alia ue nena calcare. Ut oſtenſum nobis salutare tuum. Aduerſus inſidias inimici ſpiritalis clipei umbracu lo muniamur. p̄.. lxxxxiiii

Exultatio eterna ſcōꝝ deus. Qui iuſtoſ diuerſis bonoꝝ re fertoſ impendiis florere palmife riſ atriiſ inmarceſſibilit̄ faciſ. Q̄s te. Ut remiſſis molibuſ delictoꝝ. Eoꝝ nobiſ societatem dignanter impertias. per. lxxxxiiii

DOMINE omp̄s qui eterna pa pretiū tuiſ uirtute. Celum. mare. ter

tamque locaſti. exaudi ſupplices
tuos. Et da credulitatem in teſti
moniis. Indue noſ. fortitudine.
Et decore. Et ſcificatione. q
ERudi noſ dn̄e. lxxxxv. i
beniuolentia legiſ tue. et eſto
nobiſ in tribulatione refugiū. Q
homini prudenter inſinuaſ. Ut ſci
entiam non derelinquat. p. lxx
SAlutare eximium xxvii.
omium pploꝝ dn̄e. reſpice pro
pitiuſ ſuper oues gregiſ tui eis q;
in perciens ſal prudentie: introdu
cere eaſdem in noxiaſ. Sem piter
nam digneriſ in regem. p. lxx
FActor celi xxviii.
terreque et mariſ creator
deuſ quem om̄is terra cantici
noui modulatione perſultat. Preca
mur ut ſicut te aligno regnantem
ſupplices confitemur: Ita amiſſo om̄i

gentilitatiſ errore. Futuri aduen
tuſ tui gl̄am. Intentiſ ſenſibuſ pre
ſtolemur. p. lxxxxviiii.

CUſtoſ animarum ſc̄arum dſ̄.
cuiuſ regnum eſt pars ꝑfecta
iuſtoꝝ. Concede propheticaſ euan
gelicaſque coruſcationes pectorib;
nr̄is inſeri. Et ſiquid obtectum ue
lamine priſco reperritur ſp̄u ſc̄o re
uelante pandatur. p. lxxxxx.

IN mitte dn̄e ſalutare tuū men
tibuſ nr̄is. qui reuelaſti iuſtitiam
tuam gentibuſ uniuerſis. Ut qui
quondam iudicari uenisti ꝓpditiſ.
Miſericordiam cum adueneriſ eis
proquibuſ iudicatuſ es largiariſ. q.

SUb limiſ throni. ci.

S dn̄e. Te oramuſ et q̄s. Ut colum
na nobiſ luminiſ refulgente modū
ſacerdotaliſ ordiniſ. te cuſtodiente
ſeruemuſ. p. cii.

IUbilamus tibi dn̄e in leticia et exultacione poscentes. Ut dum porte peccatorum nrorum intuis laudibus reserantur. Semper ad miam ueritatē que pandantur. p. CII.

IN con prehensibilis uirtutis deus. Qui tuis famulis miam atque iuditium clementer in sinuas. Concede nobis fidelibus. Te diligere. Rectamq; uiam in gredi. Et auaritate execrabilis superbie declinare. p. CIII.

Exorabilis dn̄e. intende orationem sup plicū tuorum. Ut qui in peccatis detenti tanquā fenum aruimus. Respectu celestis celestis mīe subleuemur. p.

SAna dn̄e langores. CIIII. spplīs tui. Qui semper peccatorib; sicut pater filiis misereris. Ut exemti ab interitu mortis ppetue. Te aīa nrā benedicat et uita clarificet. p.

.CV.

IN clite omps qui fructu locupleti terram aridam faciasti. da nobis ſpiritali mente aſcenſum tue glē contueri. Ut dum te in celis ſuſpici muſ. Illa ſemper que ſunt celeſtia me ditemur. per. .CVI.

IN uocantes nomen tuum dn̄e depre camur. Ut qui patres nr̄os uirtute tui nōis pre eunte angelicis paſtibus refeciſti. Noſ quoque miſticis dapib; foueas ac reformes. p. .CVII.

MEmento nr̄i dn̄e in beneplacito ppl̄i tui. Et a peccati noſ ſeruitu te diſcuſſos. Salutariſ tui uiſitatione ſaluifica. p. CVIII.

COnfitemur dn̄e mīas tuas quaſ iugiter circa nr̄as exerces ino pias precantes. Ut qui exaltatuſ in eccleſiis reſides ad dexteram patriſ in throno. Nobiſ tante miſerationis. Et intellegere. Et cuſtodire conce

95

das archanum. qui. CVIIII.

PRepara tibi dn̄e cor nr̄m ad con fitendum nōi tuo. Ut te intel legentes ſurrexiſſe diluculo. Illuc tendamuſ merito. Quo tu uictor eluces in regno. q. CX.

VNice miſerationiſ deuſ. Qui maledictioni ſub iacere digna tuſ es. ut noſ amalecdicto legiſ eru erueres. Queſumuſ ut faciens nobiſ cum miām propter nomen tuum. Digneriſ noſ aperſequentibuſ uici iſ. & amaloꝝ obtrectatiob; liberare. q.

ANte luciferū. CXI.

A genite quies principium totiuſ creature. rogamuſ qs̄. Ut ſicut tuiſ inimicoſ ſcīs pedibus addexteram patriſ reſidenſ ſubie ciſti. Ita noſ tuiſ officiis dignos habeas. ablata dominatione pec cati. Qui. CXII.

Scōrum omnium glorioſa confeſ
ſio deuſ. Tribue nobiſ timorē
nominiſ tui qđ ēē inicium ſapien
tie predixiſti. Ut tuoꝝ admixti
cōciliiſ miē tue dapibuſ ſaginem̄. p̄.
Lumen perpetuū . cxiii.
rectoꝝ cordium deuſ concede
nobiſ te diligere. Et tua grā iocun
dari. Et ſic diſpergere in hoc ſclō.
Ut careamuſ auditu aſpero in fu
turo. per. cxiiii.
Laudanteſ benedictum nom̄
tuum omp̄s deuſ. Rogamuſ.
Ut noſ in ſinu matriſ ecclē colloca
toſ. Caritatiſ tue facias ſtabilitate
conecti. p. . cxiiiii.
Ineffabile lumen trinitaſ deus.
Qui fluenta iordaniſ aſpectu
tui luminiſ terruiſti. Preſta. Ut
quoſ abrutos ſacro baptiſmate re
nouaſti numquam patiariſ auetitiſ

ſimulacrorum idolis maculari. q

ABlutor pec. cxvi.

Animum dn̄e qui animam te fideliter inuocantem uelociter conſolaris. Rogamus. Ut nos a perriculis inferni erutos. In regione uiuorum ablata peccati morte reſtituas. p.

TAlis ſit q̄s dn̄e. cxvii.

Tuita ſupplicum. ſicut eſt in conſpectu tuo mors precioſa ſcorum. Ut a uinculis peccatorum liberi. Mereamur future hyerlm gaudia prelibare. p.

OMni potentiſſime. cxviii.

dominator. Qui ab omnium ore gentium laudaris. precamur. Ut dilates ueritatem tuam in mente nr̄a. Et confirmes ſup nos miām tuā. p.

COnſolatio. cxviiii.

tribulationum nr̄arum piiſſime dn̄e. qui iuſtorum tabernacula leticia et exultatione perfundis. exalta

ecclam tuam uirtute potentis dextre. Qua fiat porta iustitie. Et ita se angulari stabilitate connectat. Ut tua resurrectione clarificata refulgeat. q

PAlma tocius. cxx beatitudinis deus. Qui fideles iubes tuos. Ut in lege tua ambulent. Testimonia scrutentur. Mandata custodiant salubris prouisor informas. Concede nobis iustificationes tuas toto corde querere. Eloquia tua intellegere. Mirabilia predicare. Ut qui hactenus quasi perdite oues errauimus. Tuis piis humeris restituti paradyso gloriem. p. cxxi.

